

Supplemento

ad
Buxtorffii et
diatribam
de

abbreviaturis

Sylloge

qua
lectiones sunt
a

viro plurimum reue

M. Ludouico

Theol. Prof. extra ord. designato et V. D.

publice habend

indicit

D. Sam. Theoph

Collegii Fac. Theol. h. s.



Regiomont

typis Hartung

a. c101000X.

entorum

et Wolffii
biblas

is hebraicis

ge I.

a
cursoria s

reuerendo,

ico Rhesa,

et V. D. M. in arce Fridericiana,

abendas

cit

Geoph. Wald,

col. h. s, Decan.

Samuel Latt



1762-18-28

monti,
tungianis
seccX.

0J 4847

R54

810

1

Race

Quum Judaei et reliqui Orientales, in exarandis libris, epistolis et documentis, vti soleant scribendi compendiis s. abbreviaturis, huic etiam litteraturae parti vt linguarum orientalium studiosi operam nauent est necesse. BUXTORFIUS quidem libellum singularem de abbrev. hebr. edidit, *) et WOLFIUS in Biblioth. hebr. **) supplementa ad libellum istum cum orbe litterario communicauit. Praeter eas autem, quas horum virorum sedulitas collegit, nonnullas hic illic obseruauit abbreviaturas, quas, data mihi hac scribendi occasione, in lucem proferre non abs re existimo.

A 2

Ad

*) Basil. 1613. 1640. Herborn. 1708. in 8.

**) Tom. II. p. 574—90. et Tom. IV. p. 250. seqq. vbi etiam aliorum libelli, qui abbreviaturas hebr. explicarunt, recensentur. Caeterum CHRYSANDRI abbreviaturas quasdam in scriptis Jud. usitatiores (Halae 1748.) nondum vidi.

Ad pag. 15. Buxtorf. (ed. Basil. 1640.)

א"ב

significat etiam: אָבִיכֶם אֲדֹנָי dominus pater vester,
cf. KEUCHENII appendix ad SCHINDLERI lexic.
pentaglotton.

Ad pag. 21.

א"בן

Apud אֲבִיכֶם i. q. אֲבִי et אֲבִיכֶם pater et filius.

Ad pag. 22.

א"ב ק

אֲבִיכֶם קָרָבֶךָ per fundum. Mobilia nempe bona acquiruntur cum immobilibus, vid. BUXTORFII lex. chald. talmud. rabb. p. 2151.

Ad pag. 23.

א"ר"העה

scribitur etiam absque ה (הַפְלֵךְ)

א"ר"עה

i. q. אָמַר דָּוִד רָוַח עָלָיו הַשְּׁלוֹמִים Dicit David, qui in pace quiescat.

Ad pag. 23. et 24.

א"ה

etiam legitur:

אֲבִיכֶם אֲדֹנָי et c. c. אֲבִיכֶם i. e. a facultate ad opus s. factum ipsum.

אֲבִיכֶם אֲדֹנָי pater valde misericors. Exordium formulæ precandi.

Ad pag. 25. et 26.

i. q. א"ח חג אסרו חג א"ח nempe dies postfestus. In calendar. Jud.

א"ח"ר

אם חס ושלום si, parce (l. propitius esto) et pax i.e. si, quod deus feliciter auertat, cf. Matth. XVI, 22, *ἰεὺς σοι*, cf. BUXT. l. c. p. 88.

Ad pag. 32.

א"נ

addatur.

איש נאמן vir fide publica dignus.
אין נופלין non procumbunt in precando. In calend. Jud.

Ad pag. 33.

אס"ם

אסרי (חג) פסח dies post festum paschale. In calendar. Jud.

Ad pag. 34.

א"ע

את עצמו se ipsum.

Ad pag. 35.

אע"נע

אבן עזרא נחור ערן Aben-Esra, qui in Paradiso quiescat, vid. SEB. MÜNSTERI Biur happeruschim ad Grammat. ejus chald. p. 192.

אפ"י

אפס non, nihil.

Ad pag. 35.

אֶפְשֵׁר

אֶפְשֵׁר possibile.

Ad pag. 43.

בִּי

significat etiam

בְּעַל dominum, possessorem, artificem, e. c. בְּעַל
 חֹרֵב dominum debiti i. e. creditorem; cum serui
 לְבִי domino.

בְּנִימָן in documentis.

ב"א ad

בֶּן אֵחַ filius l. filia fratris.

ב"א

בֶּן אֵחַ אִשְׁתּוֹ filius fratris uxoris suae.

ב"ב ad

בְּנֵי בֵּיתִי filii domus meae i. e. domestici mei.

ב"ב

בְּבֵית in domo.

Ad pag. 45.

ב"ג

etiam significat: בֶּן יָגִיס filium sororii.

ב"ג

בְּנֵי זָר וּבְנֵי רֵאֲוִיבָן c. c. בְּתַנְאִי ea conditione, qua filii Gad
 cum filiis Ruben terram haereditariam occuparunt,
 Num. XXXII, et XXXIV.

Ad pag. 46.

ב"ד

legi quoque potest: בֶּן אֲבִיבִי i. e. filius l. filia patru.

ב"ד

בר"הק

הקל sola ejus leui assertione.

בר"ש

שלימה scientia plenaria.

Ad pag. 47.

ב"ה

בית השם domus dei.

Ad pag. 49.

ב"הג

במורה גמורה professione absoluta.

Ad pag. 50.

ב"חח

בחרם חמיר per anathema graue.

Ad pag. 51.

ב"י

בית domus s. familia. MÜNSTERUS in l. c.

ב"יה in illo.

ב"כ"יכ

ב"יכ"יכ Benedictus Jehova quotidie,
quod etc. cf. MÜRR Versuch einer Geschichte
der Juden in Sina, pag. 54. (***)

ב"כ

ב"כ בעל כוח mandatarius.

Ad pag. 52.

ב"ל"נה

ב"ל"נה בלב רגיש חפצא animo sincerissimo!

ב"ל"ל

בל"ל

בלשון לטיין in lingua latina, cf. versio hebraica elementorum Euclidis, quae Amstelodami prodiit.

בלע"ז

בלשון עם זר in lingua populi peregrini, i. e. non-hebraea, in commentariis celeb. RASCHI: lingua gallica.

בל"ש

בילב שלם animo integro, in documentis Jud.

Ad pag. 53.

במ"ג

במסירה גדולה in Masora magna, vid. ill. TYCHSENII Rabbiniſmus.

במ"ק

במסורת קלמז traditione calami.

Ad pag. 54.

בנ"ה

בנפש חפצה ultro, vid. supra.

Ad pag. 55.

בע"הש

בעל השטר dominus obligationis l. contractus.

בע"ח

בעל חוב creditor, vid. supra, lit. ב.

בע"שק

בשבת קודש vesperi sabbathi sancti.

Ad pag. 56.

ב"פ

בגדי פשתה vestimenta lintea, e. gr. indusia.

בפ"ם

כפ"ם

מלא pleno ore, i. e. alta et clara voce.
בפועל ממש facto certo.

Ad pag. 57.

ב"רזל

במאמר רבותינו זכרונם לברכה juxta doctrinam nostrorum doctorum piæ memoriae.

Ad pag. 59.

בש"ר

בשביע ראוריתא per juramentum lege Mosaica praescriptum.

Ad pag. 61.

גו"נ

גבאי ונאמן i. גובה eleemosynarius et notarius.

ג"ה

גו"ה scribitur: etiam cum ה

גלו"ה (גלו"ה) (ל. גלו"ה) revolutio manus tuae l. suae
purae l. honestae, i. e. epistola tua etc.

Ad pag. 62.

גמ'

גמרא altera pars corporis talmudici.

ג"נ

גמרי נשים litterae repudii uxorum.

Ad pag. 67.

דאפ"ה

דאפילו הכי etiam sic.

Ad pag. 68.

ד"ה נ

hic illic legendum est: דהוי אמינא haec est opinio
istiis.

Ad pag. 71.

ד"ט

cum ד"ח : ת

i. e. ד"ח : ת semper studens salutis tuae.

ד"כ

ד"כ ex iudicio legum fide dignissimo,
i. e. certissime.

Haec hactenus. Reliqua supplementa ad aliud tempus differens accedo nunc ad id, quod huic programmati locum fecit. Placuit nempe AUGUSTO PRUSSORUM REGI, almae nostrae Albertinae patri munificentissimo, Theologiae extra ordinem docendae prouinciam vna cum Seminarii Lithuanici inspectione viro plurimum reuerendo, M. Ludouico Rhesa, Carvaita-Lithuano, demandare. Qui, quum statuta ordinis nostri requirant atque postulent, vt omnes sacrarum litterarum professores publici summis in Theologia honoribus sint decorati, Doctoris S. S. titulum et priuilegia a collegio nostro modeste petiit et de vita sua litteras, quae nunc sequuntur, nobiscum communicauit.

de quo supra, in cuius muris vallibus, in senescentia protrurrent, quam
cauronicam vocant, olim sito, ne vestigia quaedam amplius inueni
Vix enim viginti annorum spatio praeterlapso (tanta est rerum ter
riciffitudo!) aquilonibus furentibus, tam domesticae habitateque
aedes sacrae cum filius adiacente et hortus, arena volante
ita et tectae fundus ut mons altus ibi loco conspicuatur, quo ho
multitudo antea vitam degerat.

Memini quoque ex narratione senium accepisse, quod ante Christiana
Pontifex paganus veterum Prussorum ibi sedem habuerit, (unde forsitan
nomen hirsaita traxit.)

Ludouicus Rhesa L. S.

E gente lithuana, si cuius interest nosse, Caruitae juxta Me-
melam Urbem, anno MDCCLXXVII. Non. Jun. natum me scito.
Inter majores domestica fertur memoria Ioannes quidam Rhesa,
qui post sacrorum emendatorum tempus, Psalmos aliosque libros
sacros in vernaculam suam versos, jussu Electoris Georgii Guilielmi,
primus in lucem edidit. Pater, munere Curatoris Cursus publici et
quod de succino colligendo in maris litore esse solet, fungens, prius
ac de filio ad literarum elegantiam alendo et formando curam ad-
hibere poterat, e vita decessit. Matrem non novi, quae, vix me
genito, aetate adhuc florente, diem supremum obiit. Quo nihil
gravius accidere potuit infanti. Parentibus carissimis orbatum,
ne ingenii primus flos una cum spe Musarum umbras olim adeundi
interciperetur, auunculus Wittichius, qui muneri Pastoris eccle-
siastici, in coetu Kaukehnsi praeest, in domum suam recipiendi

b) Pastor hic fuit ecclesiae lithuanicae Pregonenti, et mortuus est 1627
De eo haec verba in Presbyterologio Colbii p. 90 leguntur: Simul
Bibliorum in lithuanicam, linguam finiit, simul vitam terminauit

et patris tuendi vices, consilium benevole cepit. Cui consilio, quid eum satisfecisse dicam, qui et ingenio excolendo et moribus formandis tantam operam adhibuit, ut paternas curas superasse videatur. Is, quum literarum cupidum me animadvertisset, neque satis ei ad instituendum otii esset (postquam me latinae linguae elementis iisque artibus, ad quas informari solet puerilis aetas, imbuerat) Regiomontum, ut scholae Loebnicensis disciplina accuratius erudirer, me anno aetatis decimo quarto perduxit. Per quatuor et quod excurrit annos, meritissimorum hujus scholae Praeceptorum, Conradi, Schirmacheri, praecipue defuncti Reimanni et Nicolai, quorum alter literarum orientalium studium, quanquam ipse et elegantia et copia careret, alter graecae et latinae Musae nec non historiae et philosophiae amorem excitavit, institutione usus sum.

Relicta scholastica disciplina, ad altiora, quae in Academia Albertina tractantur, studia, anno MDCCXCV sub auspiciis ven. Reccardii, t. t. Rectoris, me converti. Theologorum numero adscriptus, at ignarus, quamam via, in tanta scientiarum copia addiscenda, incederem, ad theologicas disciplinas primo incumbere, hisque absolutis, philosophicis operam nauare, apud me constitui. Quae ratio in studiis academicis versandi, multis quidem improbantibus, cum per quinquennium totus in iis essem, maximae utilitati fuit. E scholis virorum celeberrimorum, Reccardii, de dogmatica prolixè disputantis, Schulzii, in theologia morali accurate distinguentis, Graefii, in historia ecclesiastica cum circumspectione judi-

judicantis, et Waldii, in exegesi luculenter interpretantis, doctrinae solidioris praecepta, magna cum voluptate hausit. Quum linguarum orientalium venustiore jam institutione frui liceret, cl. Hassii (linguam hebraeam ad scholae Schultensianae leges illustrantis) lectionibus de Psalmis, de libro Kohelet, Cantico et Daniele interfui, ejusque sub auspiciis libros historicos V. F. domi perlegi, ita ut, quod in hoc genere literarum profecerim, ei debere, grato mihi animo confitendum sit. In philosophia Kantium subtiliter meditantem, (licet ultimis jam scholis) Krausium acute, Poerschkiium facete philosophantem, nec non Mangelsdorfium, viuida in historia arte pingendi magnaue in oratione vi dicendi excellentem, doctores habuisse, nunquam poenitebit.

Mos mihi fuit, libros quos legi, praestantissimos excerpenti, ita ut Noesseltii de studiis theologorum rite formandis, Henkii et Schroeckhii historica opera, quo facilius memoriae traderem, in tabulas redacta, eodemque modo quas cel. Rousseauus in Aemilio de arte educandi sparsit sententias ad systema vocatas, in vsum conscriberem. Ut animum a seueritate philosophica et theologica ad hilariora et suauiora studia reuocarem, reliquum quod otii erat in Poetis veteribus legendis consumi, e quorum numero Theocritus ante omnes mihi stetit, cujus, ut Quintiliani verbis utar, in affectatam jucunditatem nulla affectatio consequi potest, ita ut sermonem ipsius ipsae Gratiae finxisse videantur.

Caeterum in biennio, quod literis politioribus dedi, bis me Opponentis partes in disputando tenuisse, semel orationem e stipendio Geelhariano in Auditorio maximo habuisse et officio Docentis in Seminario lithuano praefuisse, parui momenti esse censeo. Veniam, orationes sacras coram populo habendi, adeptus Regiomontum reliqui, ut negotium informatoris domestici in villa Centurionis regii de Auer, Jesauiae, suscipereim. Quum autem vix nouem per menses in paedagogicis praeceptis exercendis versatus essem, summo Numine prouidente, ad id, quo nunc fungor, munus ecclesiasticum vocatus et anno MDCCC. cal. Septembrib. a summo sacerdotum militarium Praeposito Kletschio in aede sacra Potsdami inauguratus sum. Quod officium, quomodo praestiterim belli et pacis tempore, quantum e labore meo auditores ceperint fructum, judicare non meae est philautiae. Unum tantum addam, cum munus meum ita comparatum esset, ut otium studiis vacandi concederet, in theologicis et philosophicis literis accuratius addiscendis septem per annos ita versatus sum, ut ad publicum docendi munus in Academia nostra aspirare possem. Quo factum est, ut anno MDCCCVII. post legitimum examen, publicamque defensam dissertationem, summos in philosophia, quos dicunt, honores adeptus, scholas aperirem philologicas et historicas.

Jam mihi, per triennium, cum in linguae hebraicae, chaldaicae et arabicae praeceptis tradendis, tum in Psalmis et Jesauiae

saiae vaticiniis interpretandis, (quibus auctoritate Ordinis theologi-
 gici, adjunxi lectiones historico-ecclesiasticas et exegeticas in N. T.)
 eo animo operam nauanti, ut docendo alios ipse discerem, e cle-
 mentissimi Regis decreto, munus theologiam publicè profitendi,
 collatum est. Quapropter pie ac religiose nunc spondeo, me omni
 labore et industria enisurum, ut eximio huic Regis consilio, ex
 quo beneficium simul et ornamentum tuli, pro viribus, licet exi-
 guis, id quod officium iubet postulatque grati animi sensus, sa-
 tisfaciam. *v* (vobis)

Scripti de librorum sacrorum interpretatione morali, a Kantio
 commendata, dissertationem. Regiom. 1807. 4. Naeniam
 Prigorianam in Mortem Kantii. 1804. 8. Prutenam, seu
 Carminum lyricorum collectionem. Regiom. 1809. 8. De eo,
 quod militis est erga Deum Regem et patriam. Orationem
 eccles. Regiom. 1809. 8. Carmina diuersa et commentatio-
 nes, quae libellis ephemeridalibus, de: Zuschauer, Freimü-
 thige, aliisque, leguntur. Accesserunt: 1) Comentaratio de primis ve-
 religioni christ. inter Lithuanos propagatae. 1811. 4. 2) Comentaratio
 Parallelismo poetico in libro N. T. obuiis. T. II. P. (1811) 3) Ster-

His ita praemissis indico lectiones, quae, majorum more et
 instituto, a candidato nostro diebus XXIV. XXV. XXVI. et
 XXVII. Aprilis h. XI. in auditorio maximo ideo habendae sunt,
 ut summos in Theologia honores, quibus eum facultatis Theologicae
 collegium, post tentamen et rigorosum, quod dicunt, examen,
 non indignum censuit, rite assequatur. Quas lectiones, ut Aca-
 demiae Prorektor Magnificus, Cancellarius et Di-
 rector

— I
rector illustris, Senator
gravissimi, Commilitone
omnes, qui in hac urbe litterarum
beneuoli et fauentes audire velint
mine, ea, qua par est, obseruan

Scr. Regiomonti d. X. Apr.

Antequam in domum Quinciali r
num vico Proffitten et Nidd
Eterius eedendi jam a tencis mihi
in his locis nil fere nisi are
mo desiderio (vinia sub hoc de me
em transmarinam), (de qua t
semper virentibus, de hortis
pes refertis etc.) videndi, ut a
legata soluta, fluctibus maris
ledaratum paradisi regionem mus
incolis, cimbam delectam fos
bsequentibus creptis haud im
ec in memoriam revocans fateor, qu
rationis locus, ubi sol e fluctibus s
e indebat, magnam vim habuisse
totam ~~del~~ idealicam (ut ita loqu
mem).

eterum per trium fere annorum spatium
tra puffer A. 1812 gesto, a ripis d
niam cum Exeratu proficiscebar
fungens Praelii ad Werdam, Cien
flictis adfui. Pace inita 1814. e Pa
actale biblica hoc d. Nery. accipi, ut

enatores et reliqui Professores
 ilitones humanissimi, omninoque
 litterarum fautores esse haberique volunt,
 re velint, et ordinis theologici et meo no-
 observantia rogo.

X. Apr. MDCCCX.

uali recipere ab quarto usque ad m
 t Nidden (cum forte ex unius manu
 s' mihi esset) aetatem puerilem pere
 si arenam et aquam conspici
 e de me narrare.) inflagratus sum, i
 qua tot mirabilia audivi (ut d
 hortis arboribus pomiferis et flori
 ut aliquando cimba parua cu
 maris solus me traderem spe freta
 mi me adpellerem. E quo peric
 am forte conspicientibus et nau
 id impune domum reductus f
 ateor, quod illud desiderium puerile nec no
 tibus surgere et in fluctus maris de
 habuisse ad portior conceptus excitand
 ta loquar) meam sentiendi et cogitand

u spatium vitam in castris degi. Denim
 ripis diuinae reuersus fronte in g
 iscebat ut munere concionatoris mil
 am, Cilem, Rippiam, Laudonum, Lutetia